



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

De bello Ethnicorum contra regnum Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

*De bello Ethnicorum contra  
regnum Christi.*

Vm Dominus donasset pace  
suam ecclesiam, oppressa Sy-  
nagoga, armavit diabolus  
imperium Romanum, & to-  
tam ferme gentem Ethnicā,  
ad expugnandum regnum Christi. Ty-  
berius enim incōsulto Senatu statuit re-  
ferre Christum inter Deos, factus certior  
de eius incontaminata vita, & miraculis:  
quod plurimūm exciuit animum Sena-  
tus Romani. Item quia cultus vnus Dei,  
quem prædicabat, eleuabat Deorū cul-  
tum: quos Romani colebant omnes, vt  
fauore eorum omnibus regnis potiren-  
rentur. Item quia templa & sacerdotium  
gentium ruebat, sacerdotes & pontifices  
templorum, quorum quæstui plurimum  
detrahebatur, exuscitabāt immanes per-  
secutiones. Cæterum Symon Magus Sa-  
marites, qui dicebat se saluatorem mun-  
di destinatum, qui nihil nō poterat apud  
Neronem, exciebat eum aduersus Chri-  
stianos. His addendum est, quòd alij ma-  
gi, discipuli Symonis, Meander, Aroes,

*2. Eccles.  
historia.*

Arphaxat, edebāt signa cōtra signa Apo-  
 stolorū. Item Bencozba pseudomesias,  
 Iudæorum, ingentia pollicebatur, s̄auie-  
 bātque immaniter aduersus Christianos.  
 Philosophi adoriuntur suis rationibus, &  
 oppugnant veritatem fidei. Sed omnia  
 euincunt Apostoli, aliique eorum disci-  
 puli, 2. ad Timot. 2. firmum fundamentū *2. Tim. 2.*  
 Dei stat, ex Hilario, proprium est ecclesie  
 vt tunc vincat, cum læditur: tunc intelli-  
 gat, cum arguitur: tunc secura fit, cū de-  
 feritur: tum obtineat, cum superata vide-  
 tur, de persecutionibus Ecclesie, Dan. 7.  
 maximè de illis quatuor animalium, quorū  
 primum est leena, id est tyranni. Gentiles  
 præcipuè duodecim, ex August. 18. Ciuit.  
 & Orosio. prima Neronis, qui imperat 13.  
 annos & 7. menses sub quo passi Petrus,  
 Paulus, Iacobus minor, Mar. & bona pars  
 discipulorum Christi, & discipulorū Pe-  
 tri & Pauli. Ultimo anno imperij sui oc-  
 cidit Petrum & Paulum, & illo anno de-  
 claratur hostis Reipub. & cū fugeret, vi-  
 dens se capiendum, iugulat semetipsum  
 anno ætatis suæ 32. & anno Christi 70.  
 Petrus enim venit Romam anno Christi  
 45. & sedit Romæ 25. Vnde post ascensio-

nem Christi prædicauit 37. annis duobus mensibus & 24. diebus, & Paulus 34. annis. Moritur vterque anno Christi 70. Nero illorum trucidator fuit vltimus ex genere Augusti, sub quo turbata est pax Romanorum, quæ steterat 70. annis. De ista persecutione, Euseb. & Orosius. Secunda autem persecutio fuit Domitiani fratris Titi, qui fuit 12. Cæsarum, anno Christi 83. qui regnavit 15. annis. Ille ex Eutropio iubebat se vocari Deum & Dominum, qui anno ætatis suæ 45. declaratus hostis Reip. occisus est à Stephano quodam domicillæ procuratore, de quo Suetonius lib. vlt. & Euseb. lib. 3. cap. 26. & Eutrop. lib. 6. Nerva successor Domitiani retractat quæcunque statuerat domit. & adoptat Traianum hispanum. Tertia autem persecutio fuit sub Traiano 14. Imperatore, anno Christi 100. qui tandè oratione Plinij secundi mitigauit persecutionem Christianorum, obiit ventris profluuiio apud Seleuciam Isauriæ. Sub hoc Ioan. Euangelista qui 60. annis prædicauerat, videratque ruinam hierosolymorum, & plurimas Christianorum per-

*Oros. lib. 7.  
Hier. in cat.*

*Oros. lib. 7. & Hierony. in catalogo.* Tertia autem persecutio fuit sub Traiano 14. Imperatore, anno Christi 100. qui tandè oratione Plinij secundi mitigauit persecutionem Christianorum, obiit ventris profluuiio apud Seleuciam Isauriæ. Sub hoc Ioan. Euangelista qui 60. annis prædicauerat, videratque ruinam hierosolymorum, & plurimas Christianorum per-

secutiones: reuocatus est ab Pathmo quādo omnia Domitiani fuerūt cassata. Regnat Traian⁹ annos 20. & dies 15. ex Paulo Orosio nunquam Romani persecuti sunt Christianos absque graui dispendio & quandiu eos honorarunt, successit illis foeliciter. Focas Martyr, sub Traiano prædixit mortem eius post tres dies, & quòd deducendus esset ad loca tormentorum, & sic euenit. Quarta persecutio excita est ab Antonino Vero, qui dicitur Marcus Antonius, sed non impunè: Nam secuta est magna pestis per totam Italiam, & bella per omnes prouincias Romanorū, terræ-motus, inundationes fluminum, agmen locustarum, & exercitus Romanus vbique fusus est in bello: tamen contra Marchomannos exercitus Rom. fermè oppressus erat, sed Christiani qui in exercitu aderant, inuocarunt Christum, dicētes Christe adiuua nos. Vnde illico descenderunt fulgura: quæ videntes & timentes Barbari, fuga sibi consuluerunt. Quare imperator tribuit Christo eam victoriam, & sententiā in Christianos reuocauit. Quinta persecutio fuit sub Seuero, qui in Britannia maiori obiit apud Ebo-

racum. Sexta à Maximiano, non impunè: Nam licet ante vicisset Germanos, postquam cœpit persequi Christianos, occisus est ab exercitu suo, anno 3. sui imperij. Septima à Decio, qui occiderat duos Philippos, patrem & filium Imperatores Christianos, & inuaserat imperiũ: sed citò occisus est cum filio suo. Octava à Valeriano, qui quandiu fauit Christianis, fuit victor: at cum eos persequi cœpit, Sapor rex Persarum captiuauit eum: vbi in vilissima seruitute consenuit. Nam quandiu vixit, habuit eum rex Persarum pro scabello ascensus equum. Eo tempore Romanum imperium gessit vbique bella, in quibus mortui innumeri, & omnes fautores & consentientes illi persecutioni deleri, amiseruntque perpetuò Romani Daciam extra Danubium. Vnde Galienus filius Valeriani & socius imperij hoc videns territus est, deditque pacem ecclesie. Nona obtigit iussu Aureliani, in qua innumeri trucidati sunt. Is Aurelianus hætenus euaserat victor, qui & triumphauit de Gotthis: sed postquam cœpit persecutionem, nunquam fuit victor, nec habuit vnũ letũ diem. Dominus

illū terruit, & monuit ad reuocandā sententiā, infueto fulmine de cœlo, signo irę Dei, qui tamen nō resipuit, vnde statim occisus est in Græcia. Euseb. libr. 6. & 7. *Euseb. lib. 6. & 7.*  
 Decima immanior omnibus extitit tanquā vltima. Nam Dominus volebat statim persecutionibus ecclesię finem imponere. Illa inquā à Diocletiano initium sumpsit, viro prius obscuro, ex Salona ciuitate Dalmatię, & Maximiano imperij socio, vnus horū persequebatur in Oriēte regnum Christi, alter in Occidente, qui statuerāt omnino delere nomē Christi, destruebantur ecclesię seu templa, libri sacri comburebantur, canebant passim cantiones cōtra Christum, Christianamque religionem. Aliquando vno die necabantur centum millia Christianorū. Vnde latebant sancti in antris. *Hebr. 11.*  
 In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis & cauernis terrę, vt Syluester, Paulus primus hæremita, aliósque myriades plurimę, quę profitebantur Christū. Marcellinus pontifex maximus coactus fuit adolere idolis, licet postea pœnituerit publicè, & decollatus est pro fide Christi. Decimo autem anno persecutionis,

DE REGNO

ob grauem morbum qui eos inuasit, reuocarunt sententiam: tandem cum deposuissent imperium, Maximianus a genero suo Cōstantio occisus est Massilia: Diocletianus verò apud Nicomediam seipsum iugulauit, timēs à Licinio & Cōstatio, quibus erat suspectus, eo quòd fauisset Maxentio. Post imperium istorum suscepit sceptrum imperij Cōstantius pater Constantini, in quo finita est persecutio Roma. Imperij aduersus regnum Christi, quæ durarat 270. annos, & sub eo cessauit idololatria, vt vaticinati fuerant, Esaias, Hier. Zach. Quæ idololatria durarat 2300. annos, à tēpore Nini filij Beli Niniuæ regis. Tunc vincētus Satanas, Apoc. 20. Soluendus post mille annos, id est anno 1270. Vide quot monstra hæreticorū orta sint ab eo tempore, quot bella inter Christianonos, quot inuētionēs armorum ad trucidandos Christianos, vnde luce clarius patet solutum esse Satanā principem tenebrarum, qui immensis erroribus offundit mentes infœliciū Christianorum ideo. Lu. 18. Quando filius hominis veniet, putas inueniet fidem super terram? vsque antehac de persecutione Gentilium



Gentilium post illam synagogā.

*De bello hæreticorum aduersus  
regnum Christi.*

CAP. 28.

**N**vado erat iam ecclesia Christi, nacta pacem ex Gentilibus & en secundū animal vrsus, de quo Daniel. 7. erupit hæreticorū Dan. 7. persecutio videlicet, licet enim in veteri synagoga non defuerint hæretici Zaducæi, Pharisei, &c. & hodie apud Iudæos sint recepta 17. genera hæreticorum. Tēpus etiam Apostolorum non fuit expers illarum pestium, quod habuit Hebionē, Cherintū, Nicolaum, pseudoapostolos, hermogenem, Alexandrū, Erarium, &c. id genus mōstra hæreticorum. Attamen nulla hæresis tantum inualuit, quantum illa Arrij: de qua Hieronym. 24. quæst. 3. Resecandæ: Arrius in Alexandria scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressa est, totum mundum eius flamma populata est. Is Arrius presbiter Alexandris, habens speciem sanctimonix, & nonnihil eruditionis: cum ambiret episcopatum Alexādrinum, & alius fuisset electus epi-

M